



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Analysis Methodica Ivris Pontificii

Venator, Daniel

[S.l.], 1579

VD16 V 541

Vt Ecclesiastica Beneficia sine diminutione conferantur. Titulus XII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

pars propriè fit, quæ sanior & numerosior: tamè si plures vnanimiter consenserint, & alij numero pauciores contradicant, eousque pro maiori numero præsumitur, donec contrarium probeatur: minor igitur pars iustam contradicendi rationem allegans auditur: quam si coram Superiore probauerit, eius sententia, quasi sanior & utilior, etiam maioris partis opinioni præuallet, c. dudum, extr. de elect. c. illud, 23. distinct. c. interposita, c. constitutus, & c. vt debitus, extr. de appellat.

VT ECCLESIASTICA BENEFICIA sine diminutione conferantur.

Titulus XII.

Concilio Lateranensi prohibitum est, ne quis conferendo Ecclesiasticum beneficiũ, partem proventuum suis vsibus retinere præsumat: quia beneficia Ecclesiastica, absq; diminutione sunt conferenda. Quod tamen ita distinguendum censet Innocentius III. c. vnico, §. vnde credimus, extr. eod. Aut collator percipit fructus ante collationem: aut post. Si post, dubium nõ est, quin simoniaca prauitas intercedat: si verò ante collationem percipiat proventus, distinguitur: vtrum ante donationem constituat, vt ipsi proventus retineantur ad tempus, pro causa iusta & necessaria: aut conueniat cū eo, qui accepit beneficium, seu cum mediatore quocunq; vt officio illo concesso retineat ipse sibi proventus.

598 ANALYS. IVRIS PONTIFICII
tus. primum, inquit Innocentius, licitum est al-
terum, ne via cōmuni cōmittendæ simoniæ ap-
riatur, prohibetur, d. c. vnico, ext. eo. c. prohibe-
mus, ext. de censib. Pari ratione Tutonenſi Con-
cilio cautū est, ne beneficia conferenda diuidan-
tur, c. maioribus, extr. de præben. nisi præbenda
adeo diues sit, vt eius annui redditus plurimum su-
stentationi sufficiant, c. vacante, extr. de præb.
Aliàs nec electio duorū, vel pluriū, ad vnā præ-
bendam, vt, ea dissecta, fructibus in pares por-
iones potiantur, vel alter expectet, donec alius va-
cabit, iure subsistere poterit, c. maioribus, ext. de
præbend. & ibi per Abba. & alios Dd.

DE REBUS ECCLESIAE A-
lienandis, vel non,
Titulus XIII.
Continuatio.

Alienatio rerum Ecclesiasticarum regu-
liter interdicitur: siue Prælati, siue Cap-
tulum, siue quidam ex Capitulo, siue Pa-
latorum auctoritate, res Ecclesiæ distrahan-
tantum, vt alienatores, nisi res restituantur,
communicationis sententiam incurrant, c.
quis, ext. eod. Possunt tamen ex causa alienari
vt infra patebit.

Quid est Alienatio?

Alienationis vocabulum est generale, con-
nens omnes actus, quibus rerum dominia trans-
feruntur, l. alienatus, ff. de verb. sign.